



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

Præmeditatio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

VITÆ

D. N. JESU
CHRISTI

Monotessaron Evangelicum.

DE DOCTRINA CHRISTI.

Premeditatio.

I. **I**esus venit Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit secundum consuetudinem suam die Sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiaë prophetae, *Luc. 4. 6. 16. & 17.*

II. Et ut revolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. *Luc. 4. 6. 17. 18. 19. 20.*

III. Cœpit autem dicere ad illos: Quia ho-

hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? *Luc. 4. v. 21. & 22.*

P A R S IV.

De doctrina Christi: ac primùm de ea, quam per Parabolas tradidit.

ADHORTATIO.

Doctrina Christi, omnes doctrinas Sanctorum præcellit: & qui spiritum haberet, absconditum ibi manna inveniret. *Thomas à Kempis lib. 1. de Imitat. Christi. cap. 1. §. 2.*

MEDITATIO CXL.

Parabola I. Puerorum canentium, & Lamentantium.

I. **C**Vi similem æstimabo generationem Cistam? (*hoc est, homines generationis hujus, ait Lucas*) Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus, dicunt: Cecinimus vobis tibijs, & non saltastis;